

& deuorabunt eos, Cum pastibus siue cle
ris suis. Idest cum possessionibus. Quas in
diuisione terrae admensuram funiculi sus
ceperunt. Pro eo quod nos diximus deuo
rauit eos mensis. lxx. rubiginem transtu
lerunt. Cum utique rubigo. idest. ἐρύβνα
cia appellatur, Ut ipsi quoque dixerunt
in prophetia Iohel reliquias bruci comedit
rubigo. Idest asil. mensis autem hodes dicit.
Denique aquila nominia. idest. kal. inter
pretatus est. Symmachus & theodotionis
mensis. & est sensus per singulos menses.
Hostes aduenit & cuncta uastauit. Lega
mus regum & paralypemenon libros. &
inueniemus sub rege phaceae qui regnabat
decem tribubus uenisse theglath phalasar
regem assyriorum & magnam pastem
populi samariae in assyrios transtulisse
quo tempore apud grecos secundus annus
primae olympiadis fuit, & apud latinos.
nec dum roma condita albae uicessimo
anno ammulius imperabat. quem postea
romulus regno pepulit, heretici suspicantur
quod in sacrificiorum multitudine placent
dn̄m. & ecclesiastici quod aelymosinis redi
mant peccata. In quibus permanent, Cū
omnes sacrificium praeterita scelera
deleat non presentia, Ideo non inueniunt
dn̄m. quia aufestur a talibus & procul
recedit, Isti uero preuaricati sunt in dn̄m.
& alienos filios non xp̄o. sed diabolo pro
crearunt, Ideo omni tempore maledicta
sunt opera eorum. & cuncta quae faciunt
cruenti coloris rubigo copulatur, quia
sanguini & interfectioni proxima sunt.
Rubigo autem propriae discendere dici
tur. In rore nocturno. Iactantia inspicis
frumenta maculare. Colore minii uel
senopidi se congrue. Iuxta ἀνατωτήν
uastant cleros heretici orum. De quibus
dicitur. Cleri eorum non proderunt eis,

FINIT IN OSE ELIBER PRIMUS FELICITER.
INCIP EIUS DEM. II. INCIP PRAEFATIO

Qui saepe nauigat. aliquando patitur
tempestatē. Qui uia frequenter
ingreditur. aut sustinet latronum im
petus. aut ceste metuit. Omniq. in aste
tam gloria quā obtrectatio secundis ad
uersisq. uentis oritur, Dum aut amici
plus merito laudant. aut inimici plus
iusto detrahunt. Rarumque inuenias
qui in utraque paste. non fauore aut
odio. sed rerum aequitate ducatur,
Quod mihi inscribturarū explanatione
sudanti uideo, Alii enim quasi parua
contemnunt. & quicquid dixerimus
contrastanare dispiciunt, Alii odio
nominis nī. non res. sed personas consi
derant. magisque aliorum silentium
quam nm̄ studium probant. sunt qui
audacter nos facere asserant quod ar
ripuimus opus. quod nullus ante nos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0051